mera uolans. Hec cum in omnibus locis nigra sit. in achaia candida est. 165.
Hyrundo dicta. quod cibos non sumat residens. sed in aere capiat
escas et edat. Garrula auis. et per tortuosos orbes et flexuosos cur-
sus circumuolans. et in nidis construendis. et educandis quoque fetibus sollertissima.
habens quoddam presagium. quod lapsura deserat. nec appetat culmina. Ad-
ris quoque auibus non impeditur. nec unquam preda est. maria transuolans. ibique
in hieme commorans. Turdus a tarditate dictus. hyemis non continuo se
refert. Turdela. minor turdo. cuius stercore uiscum generari pu-
tat. Unde et prouerbium apud antiquos erat. malum sibi auem cacare. Fur-
furio uocatur. quod iste farre in farina redacto pasceretur. Her-
culeus dictus. quod sit magis edax. panditur uersiculo ueteri illo. Tu
me sic alat. cum pascar dulcibus uuis. cur potius nomen dederit uua
est. Carduelis. quod spinis et carduis pascatur. Unde et apud grecos acanthis
dicta est. abacanthis id est spinus quibus alitur. Augures autem dicunt et
in gestu. et in motu. et in uolatu. et in uoce. auium signa esse consti-
tuta. Oscines. aues uocantur. que ore cantuque auspicium faciunt.
ut cornix. coruus. pica. Alites. que uolatu ostendere futura
uidentur. Inde aduerse sunt inhibere dicuntur. quod inhibeant id est uetant.
Sed prepetes. inpetes. et ideo inpetes. uidelicet quia omnes aues priora petunt
uolantes. Terciam faciunt speciem augurum in auibus. quam communem uo-
cant. ex utroque permixta. id est aues que ex ore et uolatu auguria faciunt.
sed fides non habet. Omnia autem genera uolucrum bis nascuntur. primo non oua